bona praefata Praemissaque omnia pertinentibus absque sua aut Civium eorundem Valentibus et emolumentis competentiaque et Praerogativa quaevis tenendi habendi et possidendi illis quiete et pacifice utifruendi adversus Suos quosvis bene placitos liberos et efficaciter convertendi Iuris praefati Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentibus copiam et transfusi Vigore. Post quarum Literarum Originalis Privilegij Sacrae Regiae Maiestatis ingrossationem Originale idem offerenti per Officium praesens illico extraditum est.

Actum in Castro Premysliensi feria Sexta post festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo

21/V **Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.**

Iasinscy et Krasicki Quietant Statuent et Tuebuntur.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles Zacharias et Stanislaus Iasinscy fratres inter se germani olim Nobilis Nicolai Iasinski de Terra Bohemensi filij, Suo et Nobilium Nicolai ad praesens in Captivitate Scytharum in Partibus Regni aliasi na Zołtych wodach capti existentis atque Alexandri et Alberti nondum adultorum necnon Zuzannae Nobilis Petri Dambrowski, Annae Nobilis Eliae Kopiczski, Cristinae Nobilis Stanislai Przybowski Consortum, tum Barbarae, Constantiae atque Catharinae Virginum Iasinskich fratrum et Sororum Suarum germanorum pro quorum ratihabitione cavent ac se praestitibus mittunt nominibus Sanimentis et corpore existentes omnibus Iuribus Iurisdictionibusque ... quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et Subijciendo palam libere publice ac personaliter recognoverunt et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognovit quia ipsi utereque insolidum et Coniunctim Generosum Adamum Vladislaum de Siecin Krasicki et ipsius quosvis famulos cum poena de Protestatione certa per ... Nobilem olim Nicolaum Iasinski Parentem Suum nuper de hac luce decessum contra eundem Generosum Krasicki coram Actis praesentibus feria Sexta in Crastino festi Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono ratione per eundem Generosum Adamum Krasicki tempore loco et ordine in eadem Protestatione Specificatis per immissionem famulorum et Draganorum Suorum modo violento de littore Villae Torki in flumine San ... certarum Scapharum ibidem existentarum cum earum apparamentis et instrumentis ad duas Scaphas valentibus ... Villae Bucow protunc tenutae eiusdem Parentis Sui Recognoscentium Vaccarum Viginti Quatuor eiusdem Parentis Sui tam praefatarum

earumq instrumentorum et apparamentorum atq earundem Vaccarum p[er]
[illegible]arum receptionis abactionis et sibi usurpationis facta eadem Protestatione
in se de Commissis latiore Tum de Causa et Actione oriunda per p[rae]fatum olim su-
um Parentem eidem Gnoso Krasicki ad quodvis Judicium et Officium Regni Spe-
cie Judicia Tribunal Regni Lublinen[se] ad p[rae]fatam Protestationem ipsiusq contenta
superius connotata instituta et intentata ibidemq agitata tum quovis Processu
atq Decretis in eadem Causa obtentis et prolatis et in quocunq puncto et gra-
du Juris in diem hodiernum Actus p[rae]sentis dependent[ibus]. Deniq quibuscunq Condemna-
tionibus tam Poenae Infamiae quam Perpetuae Bannitionis aut [illegible] Sen-
tentiis earumq Publicationibus ratione Commissorum tam per p[rae]fatum Parentem
suum quam post fata ipsius per se Recognitos et Consuccessores suos obtentis demum
de Iisdem p[rae]fatis Scaphis earumq instrumentis et apparamentis atq Vacc[is]
ac in universum omnibus Extensionibus damnis et injuriis sibi Recognoscenti et p[rae]di-
ctis Consuccessoribus suis refusis et restitutis prout de his omnibus Eadem Protestatio
eiusq Causa et Actio latius canit ob plenariam pro Commissis iniuriis et damnis
Satisfactionem quietant emittunt liberumq et absolutum faciunt perpetuo fa-
ciunt p[rae]fatam Prog[ressum] Suum Decreta quaevis atq Condemnationes quasvis earumq
Publicationes [illegible] quaevis irrita et tota cassant mortificant et annihilant
sibi et suis posteris atq Consuccessoribus perpetuum imponendo Silentium. Nihilo-
minus memorati Recogniti Nobiles Zacharias et Stanislaus Jasinscy fra-
tres germani debent et tenebuntur erunt se ac suos Successores in et super bonis suis
generaliter omnibus ac summis securioribus quibusvis habitis et habendis Sup[ra]
scripto Gnoso Adamo Krasicki et illius posteris inscribunt et obligant p[rae]sentibus
memoratos Alexandrum et Albertum fratres suos Minorennes postquam adole-
verint Virgines postquam in matrimonium elocatae vel Coenobium ingressae fuerint
cum Maritorum vel Superiorum suorum assistentia Maritatas cum Maritorum earu[m]
assistentia Captivum postquam Divina providentia liberatus fuerit eundem ad
p[rae]sens maritatas intra decursum Duodecim Septimanarum Jasinskie fratres
et sorores suas ad approbandum per ipsos inscriptionem p[rae]sentem Quietationem
vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni
vim perpetuitatis in se habentia adducere et personaliter statuere ab
[illegible] ut Commissa exequantur efficere Idq sub Damnis Tribus simpliciter
atq Corporali Juramento toties quoties et educendo per p[rae]fatos Recognoscentes
Nobiles Jasinskie fratres germanos sive eorum posteros supra dicto Gnoso Kra-
sicki ac illius posteris ob non statutionem supradictorum fratrum et sororum
suorum [illegible] germanorum pro tempore supra specificato ad solvendum
succumbendo Ad tempus vero statutionis supradictorum Minorennium
fratrum Virginum et Maritatarum sororum et Consuccessorum suorum

1210 [p]ororum debebunt et tenebuntur prout se ac suos successores ac super bonis
suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibuscunque habitis praefati
Recognoscentes Nobiles Jasinscy memorato Gnoso Krasicki suisque eius posteris
inscribunt et obligant praesentibus ipsum et eius posteros ab omni et quacunque im
petitione Juridica quarumcunque Personarum cuiuscunque conditionis status
et sexus existent ex occasione superattarum praetensionum exoneraturi in omni
Judicio et Officio Regni semper totiens quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere sub ijs
similibus Damnis Poenisque simpliciter absque Juramento Corporali ta
xandis et educendis per praefatos Recognoscentes Nobiles Jasinscie suisque eorum
posteros superatto Gnoso Adamo Krasicki aut illius posteris ob non comple
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto totiens
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Damnis simbus
simpliciter absque Juramento Corporali taxandis et educendis ac re aliqua
principali ex praemissis non completa complendum praefati evadendo memorati Reco
gnoscentes Nobiles Jasinscy fratres germani suique eorum posteri ad Instantiam
superatti Gnosi Adami Krasicki suique eius posterorum ad Officium Judicium Ca
strense Capitaneale Premisliense Eo tunc Recessu superatto quoad omnium spectat
mediante semper in Anno Citaronis termino tanquam peremptorio stare
comparere inderet Damna Poenas Contracta luere Inscriptioni praesenti satis
facere ac omnia indicata pati debebunt et tenebuntur. Seque ac suos successores
ad praemissa omnia inscribunt et obligant praesentibus Illum terminum primum
praeemptorium et alios omnes exinde consequentes causa eius terminis
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori Universitate successorum
Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta ac
Cuictorem vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non diffe
rendo ad Evictionem Exterea extra proximos Officij praefati Castren Pre
myslien terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque Mohones
Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis
simplicibus vel Implicabilibus evasionibus suspensionibus ac alijs Juris praeservatione
tempore bello convenientisque ac alijs quibuscunque Juris remedijs et defensionibus
non subterfugiendo nec modo aliquo evadendo Hac sua praesenti
257v Personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante

Actum in Castro Premyslien. Feria tertia post festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto

Hanowski